e-codices



ſepulture humane · vtinam et hoc michi
obicias et ceteri relaxent. Certe hoc
crimine ego ſolus periclitari deſidero · Nā
ego ſum qui glorioſam xpi martirē
et ego xpi confeſſor ſepulture gremio
accumulaui · Hic tyrannus velut alto
vulnere ſauciatus · cum planctu rugitum
velut amens altum emiſit quo tota
aula pertonuit · O me miſerum o omnibus
miſerandū ut quid me in hac erumno
ſam vitam natura mater edidit · cui
tollitur omne quod mei imperii precipue ſumma
requirit. Ecce porfirius qui erat vnicus
anime mee cuſtos et totius laboris ſolaciū
in quē omnis cura et ſollicitudine reclina
bar · velut ſingulare michi preſidiū ecce hic
neſcio qua demonū infeſtatione ſupplan
tatus deorū meorū culturam aſpernatur · et
illū ihesum quē veſana turba xpianorū
pro deo colit utpote mente capta publica
voce confitetur · hic inimicū reginam
a lege et cultura deorū ſubuertit · nec
alias nobis querendus eſt coniugalis cle
mencie archilectus · Et quamuis irreparabile
michi dampnū de coniuge abeo michi conſtat
illatū · hoc potius eligo ut reſipiſcens ab
hac ſtulticia deos ſibi placabiles reddat ·
et in mea ut cepat amicicia perduret · quam
mee animaduerſionis ſententiā expe
riatur. Hiis dictis iuſſit omnes commilitones
ipſius qui lateri eius adherebant coram ſe
adduci · Quibus ſeorſum aduocatis dum
de porfirii conuerſione queſtionē faceret
omnes vna voce ſe xpianos eē profite
bantur · nec metu mortis a fide xpi et
porfirii ſocietate vllatenus dilapſuros ·
Sed tyrannus aliquos eorū putans ter
rore penarū apposito poſſe reuocari ·
iubet eos cruciari exquiſitis ſuppliciis ·
Quos cū ad locū ſupplicii pertrahi videret
porfirius · timens ne timore paſſionis
mentes eorū turbarentur · dixit tyranno ·
Quid hic imperator ſibi vult quod horum
principem et caput dimittis · me in quā
dico et membra inferiora perſequeris · Nā
niſi me victū primo reddideris · in manem
in hiis laborem conſumis · Ab hiis ergo
querere ſi quid vis ego pro eis aſto racione
redditurus · Dicit ei tyrannus · Tu caput
et princeps horū es ut aſſeris · oportunū
eſt ut de te iſtis prebeas exemplū · videlicet
ut primus ab hac ſtulticia reſipiſcas · et
nobiſcū glorioſe viuas · aut certe primus
gladio intereas · Ita locutus iubet hunc cū
ceteris commilitonibus ſuis extra ciuitatem

trahi · et amputatis capitibus corpora in
humata canibus corrodenda dimitti · Con
ſummata itaque eſt horū paſſio menſe no
uembris die viceſima quarta feria quarta ·
Poſtera autem die ſedens pro tribunali
impiiſſimus tyrannus nec dū martirū
ſanguine ſaciatus beatam katherinā iubet
ſibi preſentari · Cui ſic ait · Quamquā tu
omniū horū rea ſis quos arte magica
deprauatos · mortis compendiū ſubire
feciſti · ſi tamen ab erroris propoſito animū re
uocares · et diis omnipotentibus thura offerres
poſſes nobiſcū feliciter regnare · et prima
in regno meo nominari · Ne ergo nos diucius
pertrahas · quod vis vnū e duobus elige · aut
maturius aris libamina inferas · aut hodie
acerrime gladio caput auulſū miſerabile
prebebit intuentibus ſpectaculū · Cui virgo
reſpondit · Non eſt inquā miſerabile ſpectaculū
cui hodie de occaſu ortus ſuccedit glorioſus ·
de morte immortalitas · de merore iocun
ditas · de triſticia gaudia mercatur eterna ·
Te ergo diucius protrahere tyranne nō quero
fac quecumque animo concepiſti · paratā me
eē videbis ad omnia ſuſtinenda que michi
inferre potueris · Dū regem meū videre
et virginalibus choris agnū ſequentibus
intereſſe merear · Sic affatam tyrannus
furiali ſpiritu debriatus virginem tociſti
a conſpectu ſuo abſtractam iubet extra por
tam ciuitatis decollari · Que cū ad locū
paſſionis prefixū properaret · reſpiciens vidit
turbam multam virorū ac mulierū ſe
quenciū ſe atque plangenciū · inter quas
precipue virgines ac matrone nobiles
lamentabantur. Conuerſa igitur ad illas dixit ·
O generoſe matrone o virgines clariſſime
nolite obſecro paſſionē meā lamentabili
planctu onerare · ſed ſi nature pietas
vos vlla erga me excitat ad miſeracionem
congaudete pocius michi potius quia video
xpm me vocantem, qui eſt amor meus
rex et ſponſus meus qui et merces copioſa
ſanctorū · decus et corona virginū · Vos ergo
planctū illū lamentabilem quē in mā iter
i me deperditis in vos ipſas conuertite · ne
vos in hoc gentilitatis errore dies ſuprema
deprehendat · pro quo fletus eternos ſubeatis ·
Hec locuta a percuſſore orandi ſpaciū ſibi
indulgere popoſcit · Quod cū ſpiculator
annueret · ipſa eleuatis in celum oculis
orauit dicens · O decus et ſalus credenciū
o ſpes et gloria virginū ihesu bone · gracias
tibi ago qui me intra collegiū ancillarū
tuarū annumerare dignatus es · Fac

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 142r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/de/vad/0070/142r)